

Avicena empieza, como los autores griegos y los latinos, hablando de indigestion y de materias corrompidas ó indigestas.

Admite en el cólera diferentes especies de vómitos (*coléricos ó biliosos, acuosos, herrumbrosos*) y de evacuaciones alvinas (*coléricas ó biliosas, acuosas, parecidas á lavadura de carne fresca*); hace mencion de varios síntomas notables, entre ellos del sudor frío y de la asfixia completa (*destructio pulsus*), que considera como frecuente en esta enfermedad; y dice que cuando se mitigan los accidentes *malignos, vuelve* el pulso. Todo esto significa que el cólera de Persia, del tiempo de Avicena, no era menos grave que el que en el siglo presente ha reinado epidémicamente en aquel país, como en los demás del globo; que sus síntomas eran idénticos, segun la muestra que nos dá de ellos el *principio de los médicos*; y por último, que en su curso había, como no podia menos de haber en todos los casos felices, un período de colapso, que llegaba muchas veces hasta el sudor frío y la falta absoluta del pulso, y un período de reaccion, que empezaba por la vuelta de este y la disminucion de los síntomas *malignos*.

La integridad de las facultades intelectuales, en medio de los síntomas más terribles y alarmantes, es uno de los caracteres del cólera, sea epidémico ó esporádico. Avicena llama la atencion sobre ella: cosa que nadie habia hecho hasta ahora.

Entre las causas que indica, hay varias de que tampoco hacen mencion ni los griegos ni los latinos. La mayor parte son positivas é indudables (los alimentos venenosos, el agua bebida en gran cantidad, las lluvias copiosas, los climas meridionales, el viento Sur...); pero algunas son dudosas (las comidas escasas, los alimentos que él llama pesados...), y otras nulas ó imaginarias (las ventosidades ó flatos, las úlceras...). La cólera ó bilis y la flema ó pituita, causas internas y próximas que conocemos ya desde la *Coleccion hipocrática*, figuran aquí al lado y al nivel de las esternas y remotas, sin que Avicena dé tampoco mas importancia á la una que á la otra.

El segundo capítulo del *Cánon* en que se habla del cólera, trata esclusivamente de la curacion de esta enfermedad. Sobre ser muy largo y estar escrito en peor latin, si cabe, que el primero, es muy poco lo que en él se halla de nuevo. Así, no le copiaremos literalmente, y nos concretaremos á dar una idea sucinta de lo mas sustancial é interesante de su contenido.

Como era consiguiente, lo primero que manda Avicena, es que se facilite la salida de las materias indigestas: por arriba, si todavia permanecen en el estómago; por abajo, si han pasado ya á los intestinos. Quiere que esto se haga por medios suaves y emolientes, entre los cuales cuenta el *agua caliente*; pero añade otros varios, uno de ellos el *aceite comun*. Tambien aconseja las calas y *lavativas* de la misma clase, para favorecer las evacuaciones alvinas. Reprueba como Aecio el aguamiel.

Si aun despues de evacuados el estómago y los intestinos persisten los vómitos, manda que se aplique al epigastrio *nieve* ú otro refrigerante, por cuyo medio pretende, no solo contener los vómitos, sino tambien mitigar la sed. Para lo primero recomienda igualmente las ventosas secas al vientre, las ligaduras de los miembros, el alcan-

for, etc. Si continúa el movimiento de vientre, y las materias que salen son *viscosas, coléricas (biliosas), ú otras de las que debilitan y estenuan el cuerpo*, aconseja los astringentes por dentro y por fuera, las bebidas muy refrigerantes, el agua de granada, el agua y el jarabe de menta, etc.

Cuando el pulso disminuye, recurre al vino como sus antecesoros, y á los alimentos tan fuera de tiempo usados por estos.

Para hacer dormir á los enfermos quiere que se les canten canciones *somníferas* y se les hagan otros remedios no mas eficaces. Pero tambien quiere, y en eso va muy atinado, que en su habitacion no haya mucha luz ni se sienta frío; porque el frío, dice, impele los humores al interior, y es menester traerlos á todo trance al exterior.

No se olvida tampoco de las ventosas *grandes* y secas, aplicadas á la region umbilical para impedir que el estómago devuelva la comida, ni del *almidon* y el cocimiento de *adormideras* para contener el flujo de vientre.

Por fin, Avicena encarga que se procure *reanimar* al enfermo y evitarle todo cuanto pueda *abatir* su espíritu; precepto á primera vista ocioso, pero que tratándose del cólera, no es sino muy oportuno y necesario.

En ningun otro autor árabe hemos encontrado sobre esta enfermedad nada que merezca la atencion de nuestros lectores. En el artículo inmediato tendrán ya el gusto de ver lo que acerca de ella dejó escrito el célebre médico español Luis Mercado.

ARTICULO NOVENO.

LUIS MERCADO (1).

Este médico insigne del siglo xvi, natural de Valladolid, donde practicó y enseñó la medicina por espacio de muchos años, escribió sobre el cólera un capítulo, cuya parte esencial é importante para nosotros es como sigue:

«Cum hujusque actum sit de his affectionibus, que ventriculo dumtaxat pœculares sunt, commodissimum mihi visum fuit hac in parte ad eas pervenire, que licet ab eodem principium sortiantur, intestinis etiam communes efficiuntur, cujus sanè conditionis cholera morbus esse creditur. Est sanè hæc affectio, Galeno teste *lib. de definitionum*, affectus peracutus et gravis, qui per vomitum et alvi fluxum protinus hominem tollit: eodem etiam loco scribit, esse acutum affectum cum vomitibus biliosis multis, aliisque dejectionibus, suris quoque se contrahentibus, ac frigescentibus extremitatibus: quæ definitione usi sunt Paul. *lib. III, cap. 39*, et Trall. *lib. II, cap. 51*. Ex quibus omnibus elicitur, nihil aliud esse quàm immodicam perturbationem ventriculi et intestinorum, que fit à validâ expultrice, conante, quod sibi est molestum, expellere. Apellarunt antiqui choleram hujusmodi affectum, non ob biliosum humorem, à quo frequenter fit, cujus ratione à Barbaris *cholera* appellatur, sed potius ab intestinis, que *choladas* vocant veteres, ut Trallian. censet: aut forsan sic dicitur, quòd per contra-

(1) Domini Ludovici Mercati, medici à cubiculo Philippi II et III Hispaniarum Indiarumque regum potentissimorum, atque eorundem protomedici, et in Vallisoletana Academia professoris emeriti, operum tomus III. Liber III. De internorum morborum curatione. Caput VIII. De cholera morbo.

ria fiat fluxio. Hunc morbum censeat Neoterici ex proprio Marte Barbaros appellasse *cholericam passionem*, cum longè ante Hippocrates 7. *popul. text.* 81, cholericam nuncupasset, ut paulò inferiùs monstrabo.

Est igitur affectus notissimus, acutissimus, et periculosissimus, cujus symptomata sunt assidua simul dejectio, et vomitio. Ex quibus evidenter constat, ad expultricem ventriculi facultatem validissimè irritatam pertinere, ac non solum os ventriculi, verùm et inferior etiam ejus pars, quæ *piloron* dicitur. In quo etiam affectu credendum est, non tantum lædi solam ventris expellentem facultatem, sed etiam plerumque accidere his, qui imbecillam habent retentricem, aut ex diutinâ retentione biliosorum facta est impotentior, quod ego magis arbitror: quippe dum à principio languida est, potius hienteriam aut celiacam movet, paulatim demissâ crudorum sarcinâ, quàm choleram. Quo fit, ut licèt imbecillitas hujus facultatis non sit causa hujus symptomatis, sed validus et concitatus expultricis motus, cum hoc tamen eo validior et sævior vomitibus et singultibus efficitur, quo retentrix facultas minus resistit actibus expultricis, adeò ut quocumque modo expultrix instituerit expellere, possit circa controversiam aut resistantiam contentricis, quo solent fieri copiosiores expellentis actus: nam ut mea mens est, succi, qui hunc affectum excitant, haud secus molesti existunt contentrici facultati, quàm expellendi: et ob id certissimum erit, utramque simul ob eandem causam oblædi: ita ut facultas expultrix quasi furore videatur percita, siquidem non raro noxia non solum expellit, verùm et utiles simul succos, quos etiam præ imbecillitate retentrix liberè permittit exire, adeò ut in hoc solo affectu omnia ventriculi symptomata in unum conspirare videantur. Est enim nausea et vomitus interdum, nec non et singultus: præterea angustia stomachi, cardialgia, æstus, inflatio, dolor ventriculi et intestinorum ac utriusque alvi fluxus cum animi deliquio, pulsuum parvitate, syncope et convulsionibus: juvenibus quidem frequentius ob flavæ bilis ubertatem, pueris ob crudorum esculentorum copiam. Sit ne tantum ad hujus morbi integritatem necessarium per utramque alvum fieri simul evacuationem, in dubium vertitur: quòd Hippoc. 5. *pop. dixerit* in historiâ Eutchides, ex cholera urinam et alvum habuisse suppressas. Cum hoc tamen sciendum est, nusquam hunc affectum fieri citra simultaneam vacationem, cæterum plerumque degenerare in alterutram: nam solet vomitus cessare manente alvi fluxu, aut è contra.

Præterea constat ex Hippoc. *lib. 4. de ratione victus, test.* 103. duplicem esse cholerae speciem: unam cujus naturam hujusque adduximus: *humidam* speciali nomine et genere comprehensam, ob excrementorum ubertatem sic appellatam: reliquam vero *siccam*, utramque uno communi nomine insignitam, eo quod utrisque unus communis generationis modus existat. Differunt tamen, quòd humorem in humidâ natura excernat, flatum verò in sicca: nam hæc sicut illa, nihil aliud est, quàm quædam ventris perturbatio sursum deorsumque cum excretionem ejus, quod irritat facultatem, licèt Hipp. *loco citato* siccam appellaverit, quòd nihil in eâ notatu dignum excernatur: cui Galenus minimè consentit, cum per utramque partem flatum excerni necessum sit, alioqui aut ventris esset inflatio

aut tympania: cum hoc tamen sat est, aliquando leviter flatum excerni, dummodo semper sit ad vomitum et intestina irritamentum, turbatio et motus.

Harum enim affectionum causæ dissidentes profectò inter se sunt: nam licèt utraque in ventriculo generationem aut permansionem sortiatur, sicca tamen, ut mox referam, ab spiritu flatuoso copiosissimo prodit, humida verò à pravis succis. Fit igitur humida, vel ex ventris totius debilitate, qua facilè suscepta, quod in ipsum transmittitur, vel ex jecore, aut splene, aut mesereo, pravis succis abundantibus, ut inferiùs constavit, vel ex universi corporis vitiosâ copîa, quam per ipsum ventrem deponere studet. Utcumque tamen sit, ab unâ à duabus humorum naturis prodire est compertum: nimirum ex crudis aut aliter vitiatis edulis: vel ex biliosis humoribus copiosiori sero admixtis, sive à genere venoso confluant, sive in ventre ipso geniti per cruditatem aut alio modo, copiosè excernantur. Nam potissima hujus affectionis causa est totius ventris imbecillitas, vel alimenti, quod ingeritur corruptio, aut incoctibilitas, vel depravata ex nativâ sorte qualitas, velut aeris aut nitrosa, pinguis, oleosa, aut fumosa, et rancida, quorum omnium naturam latissimè adduxit Hippoc. 5. *pop. tex.* 81. *Cholericæ ex carniæ esu.* Sed mirandum profectò est, et inquirendum, quæ sit ratio propter quam pleraque ex alimentis, vitio sui aut ventriculi cruda solum supersint, citra id, quod adeò validè excitent ad pulsum naturam: alia verò hanc peculiariùs affectionem gignant? Cujus dubitationis gratiâ expendendum est, quod licèt in aliis cruditatibus cibus liquetur, et in hac pari ratione, liquationem subeat et fussionem, nihilominus tamen hæc est differentia, quòd in illis alimentum nihil contraxit præter naturam, nisi incoctum esse, ut copiosis alimentis contingit, aut si putruit, et vitiatum fuit lentè et paulatim, ut in celiacâ expulsi natura: at in his, quæ effectura sunt hujusmodi damnum, necessariò succrescere tenent, præter cruditatem, aut incoctilitatem, vitiosa aliqua conditio, et qualitas adeò à naturâ aversa, quòd ipsam omnino lacescat: quam contrahit, quia cum in liquatione vel vitio caloris liquantis, vel alimenti ipsius, nequiverit natura formam chili inducere, nec solum crudum quid superesse, susceptavit putorem et conditionem adeò naturæ inimicam, ut mox ipsam lacescat, et ad expulsionem grandi diligentia invitet. Præsertim cum diù detenta, ex copîa et malitiâ id efficiant. Hac enim occasione copiosissima in corpore succrescunt excrementa, quia cum paulatim fiant, et tenuissima sint, velut lactis serum, et non protinus putorem contrahant, congregantur copiosa, et ob eam copiam succrescit putor et corruptio ad pensum quantitatis immodicæ, et ob id irritamentum et vacationes fore immodicas, nemo est, qui non intelligat: nam affectus validus multarum causarum congressum desiderat, quibus expultrix facultas validè irritetur et excernat. Dimitto hac in parte alias externas causas, quas potius dixeris occasiones, ut frigus externum, aut aqua frigida potus, vel decubitus supra frigidam herbam, maxime si corpus sudaverit, vel calidum ab exercitio fuerit. Ac licèt alicui difficile videatur, plerumque ex vitiosâ cruditate hunc morbum oriri, quòd tantam copiam, quantum natura in hoc malo excernit, videatur impossibile ventrem continere, est tamen verissimum, quia meseraicæ et proximæ cavitates, adeò grandem solent adservare, ut

quòd dictum est, credibile fiat: præterquam quod Hippocrates lib. 5. *popul. test.* 81, et Galenus 8. *localium* in auxiliis huic affectioni Asclepiad. scriptis, id apertissimè estantur. Nonnumquam verò à toto corpore alicujus prædictorum succorum, adeo grandis succrescit, et irruit in ventrem quantitas, ut difficile videatur corpus unum eam copiam potuisse congerere. Sed aliquando id efficit natura et sæpè utiliter, ut optimè advertit Gal. 7. *meth. c. 2.* dicens: *Fit interdum, ut aliqui per quasdam veluti periodos correpti à cholera, copiosèque expurgati ab hujusmodi vitiosis excrementis, quamvis fieri nequeat, quin adeò liberali et copiosa vacuatione aliquid utilis excernatur, paulò post tamen resumtis viribus, longè melius se habeant, et sani degant.*

Tam est hic affectus suà naturà evidens et conspicuus, quòd signis nullo modo intelligere videatur, nisi ad causarum cognitionem: quarum præcedentes ex anteactæ vitæ studio venaberis: nimirum ex præcedenti victu et vitæ modo, vigiliis, curis, aut vitæ otiosæ dedito. Humoris autem naturam ab excretis facilimè discas, præterquam quòd laborans ex sapore id quoque refert: bilis enim præter amarorem, quem præ se fert, majores dolores et cardialgiam nata est efficere: crudorum aut corruptorum succorum copia eadem concitabit accidentia, non tamen adeò urgentia, neque dolores adeò graves, ac bilis corrupta: sed utramque causam monstrabit grandis exolutio ob impensam virium resolutionem, quam hi humores in magnà hac vacuatione efficere assolent, simul cum fluctuosà quâdam convulsionis specie, quæ crurum femorumque musculos molestissimè torquet, signum quidem ingentissimæ crudorum vacuationis, ad quorum commotionem flatus multi illud efficientes elevantur.

In hoc tamen affectu scrutandum peculiari diligentia est, quo se vertat, ut pari studio ei subvenire possimus: quippe intra primum septenarium frequentissimè solvitur, et frequentius in primo quaternione hominem tollit, eo quidem citius, quo frequentiori syncope aut animi deliquio laborans corripitur, maximè si convulsio aut singultus accedant, et adhuc magis, si cum interceptione pulsus frigidum exsudaverit, aut vomuerit aliquid loturæ carnis persimile, et longè quidem magis, si nigrum, lividum, pingue aut æruginosum exereverit. Sed inter omnia signa id gravius censetur, cum venter superior stercus redolet. Est enim summè gravis hæc affectio, ut quæ hoc habeat propriam, quòd omnium facultatum simul summè gravem imbecillitatem protinus accersat et ab aliquâ etiam initium sumat. Quo fit, ut sequatur à primo insultu vocis defectus, movendi impotentia, caligo et oculorum excavatio cum extremorum perfrigeratione: quæ sanè vitæ principium sortiuntur ab immodico oris ventriculi affectione.

In hujus affectus curatione primò diligentur expendendum est, à quânam corporis particulâ natura irritata, pellat succos vitiosos, regeratque in ventrem, quibus venter ipse velut furorè concitatus, alvum utramque turbet. In quâ re statuendum est, à tribus potissimum partibus, et variis humorum sortibus, prædictum fluxum posse concitari. Prima sanè est ventriculus in se continens ciborum corruptorum et pravorum eam copiam et conditionem, quæ ipsam lacessat, præstitâ molestiâ, nauseâ, vomitu, rugitu, et anxietate, quibus veluti nau-

seabunda est, ad concitandum prædictum fluxum, et si dici permittatur hæc accidentia pati, protinus concitata movebit, ni antea diligentia præveniatur evacuatione, ac si fecerit, præpediendi non est. Quippe diligens et prudens medicus his accidentibus perceptis protinus hanc nauseativam satietatem et prædictam copiam deponere tenetur clysmate vel levi purgatione, antequam suâ sponte moveatur: non enim ita facilè quiescit. Secunda autem particulæ affectæ classis constat ex hepate, liene, et mesenterio, à quibus vel cruda vitiaque alimenta, vel alii succi ibidem præter naturam geniti impetu naturæ supra modum lacessitæ, per utramque alvum funduntur. Tertiam verò partem, et tertiam humorum vitiosorum sortem constituit corpus universum sese exonerans in ventrem. Cæterum videndum primò est, an, sicut dictum est, in primâ partium et humorum sorte protinus esse purgandum, ita prorsus in aliis duabus, vel è contra mox fluxum liceat sistere: siquidem symptomatum immanitas, et virium celerrimus lapsus id videntur exposcere: an aliquantulum permittere, quòd excreta substantia perniosa sit, et cohibita graviora accersat mala. Qua in re considerabit prudens medicus virium robur, excrementorum, quæ excernuntur, naturam, copiam et impetum, item accidentia, quæ ex eorum excretionem succrescunt, nec non et modum, quem servat natura in expulsionem, videlicet, an minutim et paulatim, an confertim, per longa intervalla, an per minora: habito tamen respectu ad excrementorum naturam, quòd extraneæ sint conditiones, adstrictionem protinus tentare non licet sine majori periculo: dixerat enim Hippocrates, in perturbationibus ventris et vomitibus spontinis s talia purgantur, etc. Præterquam, quòd natura impetuose est ad eorum expulsionem irritata, cujus impetum primo accessu cohibere non licet: nam si cohibeatur, alio periculosius transfert humores, maximè si vomitum compresse- ris: nam licet censeatur ab aliquibus semper præter naturam, quo ad modum, tamen quo ad rem nonnumquam est naturæ consentaneus, et depravatæ causæ signum bonum; quapropter primum vacuationis impetum permittere oportet, et mox (quia, ut Galenus. 7. *meth. c. 2.* refert, ex utilibus multa simul excernuntur, et propter symptomatum etiam gravitatem) moderari fluxum opus erit, præmissâ vacuatione, quæ sufficiat copię redundantiam excrementorum, maximè si virtus adhuc non plurimum labatur, nam ferendæ sunt aliquæ debilitatis notæ, ne majus, excrementis cohibitis, sequatur incommodum. Quo sanè tempore neque fluxum provocare, neque cohibere opus erit, sed viribus ob symptomata omni diligentia subvenire, donec constiterit, vel satis vacuatum esse, vel plus processisse, quàm pro excrementorum in corpore redundantia opus erat: quo tempore sistere comescereque omnino fluxum oportebit. Verùm si symptomata adeò creverint, quòd vereamur majus subinde malum subsequiturum, vel si irritatio, dolor et anxietas majores sint, quàm pro magnitudine evacuationis, tunc quidem moderari rem quoque convenit, si adhuc aliquid evacuandum supersit: sin aliter, aut si constet, sese jam naturam continere non posse, omninò cohibere curandum est, neque compressiones ad extremum ducendas esse consuluerat Hippocrates. At si majus sit irritamentum, et minor vacuatio, quàm copia excrementorum redundantium postu-

laverit (quod ad excretionis modum attinet) tunc quidem, quod deest, arte vacuabis, ut copiã affatim depositã, symptomata mitescant simul. Cui profectò operi tria veniunt exsequenda munia: primùm divertere naturam à vehementi hac vacuandi propensione: secundùm, si in eo munere ipsa deficit, juvare oportet: tertium verò roborare firmareque partes, quo minùs liberè fluxui cedant. Atqui licèt hæc tria necessaria videantur, non tamen unumquodque semper, et utcumque exequendum venit, sed quodlibet suam habet occasionem. Divertere enim non protinus aggredieris, sed transacto impetu naturæ, et excretã majori humoris copiã: nam videndum est, an par sit vacuatio, quæ per vomitum fit, ei quæ per alvum: quo tempore ad neutram revelles, nam altera alteri sufficit: quin imò ad utramque partem aliquo modo frictionibus, vinculis et calorificis auxiliis brachia, crura, et universum corporis habitum tractabis, quantum sat sit, ut profusio minor fiat. Verùm si ad alvum inferiorem propensior fuerit natura, studebis eo tempore per vomitum aliquid humoris purgare, tum ut præpediatur naturæ impetus ad inferiora, tum verò ut aliquid humoris simul educatur. Sic enim Hippocratem fecisse constat 5. *popul.* in viro quodam, cui porrexit *helleborum*, quia dejectio multò major erat, quàm vomitus: ac licèt methodus mihi probatissima visa sit, medicamentum tamen non probo: tutiora quidem et utiliora existant medicamenta, quæ longè mitiùs vomitum moveant: verùm si in vomitum proclivior fuerit natura, purgantibus per ventrem protinus utendum erit.

Qualia verò futura sint, mox referam, si priùs dixerò, quod secunda consideratio docet, nimirum supplendum esse naturæ defectum. In quã re quæ magni estis momenti, et in quã facilè hallucinari contingit, videndum est, quando natura deficiat. Quod hac lege discas: sin vacuationes videantur procedere copiosæ cum conferentiã et tolerantia, aut saltem quod virtus adhuc non plurimum labatur, tunc ferendæ sunt aliquæ debilitatis notæ, ob speratum ex evacuatione subsidium, neque fluxum cohibere, neque divertere aut citare opus erit, sed solùm occurrendum est symptomatis. Verùm si irritatio, dolor, et anxietas majores sint, quàm pro magnitudine evacuationis, et evacuatio minor, quàm pro multitudine redundantium excrementorum, expurgandum est, ut copiã affatim depositã faciliùs mitescant accidentia. Ceterùm quia symptomata mox à principio vigent, et semper durant, neque cum purgamus, symptomata negligere, neque cum miligamus, posthabere fluxum oportet, quod monstrat ultima considerationum. Evenit tamen non rarò adeò copiosus et exsuperans fluxus, ut ultra videatur processisse, quàm pro excrementorum copiã aut virium robore par sit: tum profectò partes firmare, densare humores et vires roborare necessum erit: quibus certò scimus fluxum compesci aut moderari. Quapropter (cum irritatio non cesset in hoc affectu) nusquam cum expurgamus symptomata hæc negligenda sunt, neque cum cohibemus, irritantis excrementi debemus oblivisci, sed expurgantibus admiscere tenemur aliquid adstringens, et adstringentibus aliquid extergens, vel aliquid mordacitatem hebetans, vel alternatim eis uti.

Subsunt igitur sex opera exsequenda in hac curatione: primò movendum est, ubi ad superiora revellere nitimur:

secundò purgandum, cum vel ad inferiora retrahere, vel naturæ defectum supplere: tertio humores lenire et eorum mordacitatem retundere: quartò firmare et comprimere partes oportet, atque humores densare: quinto verò omni ingenio vires roborare ac spiritus reficere: tandem ultimò symptomata corrigere et mitigare.»

Tampoco el célebre catedrático de Valladolid considera la bilis como la única causa próxima del cólera, ni cree que las materias coléricas son todas biliosas. Por eso habla de humores biliosos mezclados con *mucha serosidad*, de excrementos muy abundantes, muy claros y parecidos al *suero de la leche*, de vómitos semejantes á *lavadura de carne*, etc. Y por eso tambien, en cuanto á la etimología de la palabra *cólera*, se inclina á la opinion de A. de Trálles; y aun emite otra, cuyo fundamento por cierto no alcanzamos á comprender.

Varias veces afirma, despues de invocar en su apoyo el testimonio de Galeno, que el cólera es *una afeccion muy aguda y muy grave*.

Dice que aunque esta afeccion supone necesariamente evacuaciones continuas y simultáneas por arriba y por abajo, lo regular es que cesen los vómitos y siga la diarrea, ó viceversa; pudiendo haber añadido que lo primero es mucho mas frecuente que lo segundo.

La idea que dá del cólera seco de Hipócrates, confirma la opinion que acerca de la naturaleza de esta enfermedad emitimos nosotros al comentar los escritos del padre de la medicina.

La debilidad de todo el vientre es, segun Mercado, una causa poderosísima del cólera húmedo ó verdadero. Nada mas cierto; pero no por lo que él dice, sino porque cuando en el estómago y los intestinos hay debilidad y atonía, son muy fáciles y frecuentes las indigestiones. Y de ahí el que hayamos visto tantas veces aparecer ó reproducirse el cólera epidémico en los convalecientes.

Otra causa indica el médico castellano, de que tampoco se habia hecho mencion especial hasta ahora; y es el acostarse sobre yerba fria, particularmente estando uno sudando ó acalorado.

Dos clases de humores producen en su concepto el cólera, á saber: los que se forman en el estómago por la corrupción de los alimentos, ó por cualquier otra alteracion de estos, ó por las malas cualidades naturales de los mismos; y los que afluyen al vientre, ya del hígado, del bazo y del mesenterio, ya del resto del cuerpo. Esta teoría, tal cual es, prueba que Mercado veia en las evacuaciones coléricas diferentes humores, de los cuales habla esplicitamente en varios pasages, como ya hemos notado, dando en uno de estos á los *serosos* predominio sobre los biliosos (ex biliosis humoribus *copiosiori sero admixtis*).

Acerca de los alimentos que indigestándose ocasionan el cólera, suscita este autor una cuestion, en la cual entraremos nosotros con gusto cuando podamos hacerlo mas oportuna y detenidamente que ahora.

Aunque el asunto principal del capítulo que acaba de leerse es la curacion del cólera, no su descripción, vemos sin embargo, que Mercado espresa muchos de los síntomas mas notables y característicos de esta enfermedad.

Al empezar á tratar de sus remedios, punto en que se estiende, como era de esperar, largamente, vuelve otra vez sobre los humores que provocan los vómitos y las eva-

cuaciones alvinas. «Para curar el cólera, dice, es menester averiguar de dónde saca la naturaleza irritada los humores viciados y los lleva al vientre, para que enfurecido este lo arroje por arriba y por abajo.»

Tres son, según él, las partes, y varios los humores que pueden provocar las evacuaciones. La primera es el estómago cuando contiene mucha cantidad de alimentos corrompidos y malos, en cuyo caso quiere Mercado que se recurra ó á una lavativa ó á una purga suave. La segunda comprende el hígado, el bazo y el mesenterio, de donde van al vientre humores preternaturales, que con los alimentos indigestos y alterados salen por la boca y por el ano. La tercera, en fin, es el cuerpo entero, que vierte también sus humores viciados en el vientre.

Propone la cuestion de si al principio del mal convendrá en los tres casos supuestos no detener las evacuaciones, y se decide por la afirmativa, como todos sus predecesores. Cuando es ya absolutamente preciso detenerlas, aconseja los vomitivos suaves si predomina la diarrea, y los purgantes si predominan los vómitos: práctica que algunos han seguido en nuestros dias, pero con la cual no estamos conformes, por mas que cuente casos felices, como todas. Si las evacuaciones no debilitan demasiado al enfermo, Mercado no cree prudente contenerlas del todo, sino moderarlas hasta que se vea que pasan ya de la línea conveniente y necesaria. Nuestros lectores saben cuál es sobre este punto nuestra opinion, y escusamos manifestarla de nuevo.

Si la irritacion, el dolor y la angustia son mayores de lo que corresponde á la magnitud de las evacuaciones, y estas menores de lo que corresponde á la abundancia de las materias segregadas, entónces manda que se dé un purgante. Mas en todo caso quiere que no se desatiendan los síntomas cuando se purga, ni los flujos al atender á los síntomas.

En suma, y para abreviar, seis indicaciones hay que satisfacer, según Mercado, para curar el cólera: 1.^a promover el vómito si conviene reveler hácia arriba; 2.^a purgar si es necesario reveler hácia abajo ó ayudar á la naturaleza; 3.^a suavizar los humores y embotar su acrimonia; 4.^a afirmar y estreñir los sólidos y condensar los líquidos; 5.^a sostener las fuerzas y reparar los espíritus; 6.^a corregir y mitigar los síntomas.

Por no alargar demasiado este artículo y por no creerlo tampoco necesario, no hemos copiado la parte del original en que el autor espone minuciosamente los medios de satisfacer cada una de las seis indicaciones que establece. Pero lo esencial de su contenido es lo siguiente:

Cuando para atender á la 1.^a indicacion se dá un vomitivo, Mercado quiere, como ya hemos dicho, que sea suave y no produzca demasiado efecto; y él preferia muchas veces al agua tibia el *caldo de pollo* sin gordura, remedio que se atribuye á Sydenham, por haberle este usado también con el propio objeto que Mercado, como á su tiempo veremos.

Para purgar se vale de medicamentos que sean á la vez purgantes y tónicos, como el ruibarbo, los mirobalanos, etc., á no ser que las secreciones sean mas que las excreciones y estas menos que la irritacion, en cuyo caso usa purgantes laxantes y emolientes, como por ejemplo el maná y la casia.

Para corregir la acrimonia de los humores recomienda multitud de remedios, como el jarabe de violetas, el de rosas, el de cidra, el de limon, el de granada, el de adormideras; el agua caliente, la de rosas, la de llanten, la de zaragatona, la de almidon, etc.: también manda el agua de hierro (*aqua chalybeata vel ferrata*), que aconseja despues con otros objetos.

Los medicamentos que usa para satisfacer la 4.^a indicacion son muchísimos; la mayor parte tónicos y astringentes ó estimulantes; y prefiere su uso esterno al interno.

Para atender á la 5.^a indicacion aconseja el vino, el agua de canela, el caldo de gallina con acederas, el caldo de extremidades de animales *helado*, y otros alimentos no tan fuertes y nocivos como los que hemos visto recomendados hasta aquí. También cree útiles los olores, el sueño y el agua de *hierro* para satisfacer esta indicacion.

Al tratar de la 6.^a encarga que se recurra á los *narcóticos*, cuando los medios empleados para mitigar los síntomas sean ineficaces y las fuerzas decaigan muchísimo; para cuyo caso aconseja el *flonio persico* ó el *romano* con el agua de llanten, ó el jarabe de *adormideras* con el agua de *hierro*, que aun le parece mejor. Esta combinacion de los narcóticos con los astringentes es en nuestro sentir felicísima, especialmente la del ópio con el hierro.

En nuestros dias se han usado en el cólera epidémico muchos compuestos ferruginos: el subcarbonato de hierro, el sulfato, el ioduro, el protocloruro, el sesquicloruro (percloruro sublimado) y otros. De todos ellos, el que ha llamado la atencion por sus prodigiosos efectos, es el *sesquicloruro*, que según vemos en el *Moniteur des Hôpitaux* de Paris, ha sido introducido en la terapéutica del cólera por el doctor Vicente. Si los ensayos hechos hasta ahora por este y otros profesores reciben, como esperamos, la sancion de la esperiencia, podremos decir que un médico español del siglo *xvi* recomendó ya el *hierro* para el cólera, y que otro médico español del siglo *xix* ha descubierto cuál de los compuestos ferruginos es mas útil y verdaderamente heróico en esta enfermedad.

En el siguiente artículo hablaremos de Zacuto Lusitano.

ARTICULO DÉCIMO.

ZACUTO LUSITANO (1).

Este autor portugués, que nació en 1575 y murió en 1642, ejerció la medicina en Portugal y en Holanda, y en ambos paises tuvo ocasion de observar y estudiar el cólera. Sus obras, que todavía hoy se leen con gusto, contienen acerca de esta enfermedad lo siguiente:

«Est et alius fluxus, quem Græci *choleram* vocant, Latini *biliosorum fluxum*, Barbari *cholericam passionem* appellant, qui nihil aliud est, quàm immodica per utrumque ventrem perturbatio, ex continuâ ciborum cruditate proveniens, ut docuit Paulus *lib. 3. cap. 39*. Hæc á validâ expultrice perficitur, quod sibi molestum est, expellere properante in febrium initio: quo tempore, etsi per inferiorem ventrem frequentius noxium humorem detrudat,

(1) Zacuti Lusitani opera. Praxis historiarum. Liber ultimus. Cap. I. Num. VII. De *cholera*.—Praxis medica admiranda. Liber II.

tamen cum copia est multa, et vires magis liberales, per vomitum expellit. Cum enim ventriculus duplex sortiatur orificium, supremum, et infernum, ut 3. *de Symptom. caus. cap. 2.* Galenus affirmat, iis abutitur, ad excernendum id quod morsu, vel pondere ipsum infestat; et quoniam noxa toti ventriculo communis est, sic utroque utitur in vocatis *cholericis*.

Percontaberis: *utrum alvi fluxus à cholera sit inseparabilis?* Nam videtur aliquando posse contingere eum suppressione alvi: Hipocrates enim 5. *Epidem. text. 77.* refert Eutyrium cholericam passione laborasse, citra fluxum alvi: et 4. *acut. 103.* in cholera ventrem adstrictum reperiri affirmat. Dic cum Avicenna 16. 4. *tract. 1. caput 2.* non semper in cholericam passione reperiri vomitum, et alvi fluxum, licet semper perturbetur ventriculus in parte superna, et appareat irritamentum, et propensio ad expellendum: interdum enim unum sine alio, ob variam corporis constitutionem invenitur: in his enim, quibus os ventriculi valet, vomitus non apparet; in quibus vero intestina retentrice valent facultate, non adest alvi fluxus, sed vomitus. Solve secundò, duplicem constituendam esse cholera: alteram humidam, factam ab humoribus acris; alteram siccam, à flatu mordaci concitatam: utriusque communis est generationis modus, at in sicca per utrumque ventrem ructus resonant, et crepitis; in humidam, fluxus alvi cum vomitu premit, et affligit.

Præter vomitum, et alvi fluxum, adest ventris inflatio ob flatus ex cruditate concitatos, et apparent tormina, ob distendentes flatus et acrimoniam humorum prognata. Ægri ob laborem oris ventriculi, et motum pungentis humoris, anxietudine vexantur. Sitis ob summam humoris evacuati copiam, ob quam causam crura et brachia convelluntur. Excreta non sunt uniformia, sed biliosa, aquosa, foetida, viridia.

Ex succorum corruptelam originem ducit hoc vitium, qui impetu facto irruunt in ventriculum, et intestina, aut ex cruditate, et corruptione ciborum. Cruditas, vel ex alimentorum copia, aut ex præposito ordine ea assumendi, vel immodico motu post cibum, aut ex alimento incoctili naturam suam, aut ex præparationis modo, quoniam male est assum, aut elixum, vel retinet qualitatem acidam, nidorosam, aut est nimis dulce, acre, et sic bilescent, aut vitiosa qualitate præditum est, ut sunt olera, legumina, fructus horarii qui hunc affectum concitant, ut pepones, cucumeres, mala præcocia. Ex potu aquæ frigidae oritur nonnunquam, aut ambiens frigiditate, vel quia nudis pedibus incessus celebratur: quæ omnia desumpta sunt ex Hippocrate, 5. *epid. num. 80.* et Galeno 3. *de caus. simpt. cap. 1.* quo loco modos generationis vitiatæ cociationis tradit eleganter.

Utrum cholericam passio, orta à causa externa, minus sit periculosa quam quæ oritur à causa interna? Nota aliquas propositiones ab Avicenna prolatas loco cit. *cap. 2.* quæ ad præsagium cholericæ passionis conferunt apprimè. Prima est: quando cholericam passio incipit à causa externa, et cruditate, incolumior est illa, quæ fit à causa interna, et reiteratâ corruptione. Causa est in promptu, quia in illa, omne quod corrumpitur, solet expurgari, et non remanet intemperies in ventriculo; contra autem in hac humores vitiosi in venis latent, et similiter intemperies in jecore, et venis adest, quæ morbum fovet. Inter-

dum incipit ex cruditate ventriculi, et continuo augetur, ob corruptelam quæ in venis adest: laborante enim ventriculo cum intestinis, venæ cum jecore compatiuntur, et contendunt illi opem ferre, transmittendo quæ in illis sunt, quæ commota cum antea non irritarent, modo stimulant et lancinant, ut natura præcipitetur, et veluti furibunda tam inutilia, quam utilia confertim excernat.

Cholericam passio est familiaris ætati, et autumnò; tunc enim ventres concoquunt difficulter, quoniam innatus calor rapitur ad extra, flava bilis accrescit, homines utuntur oleribus, peponibus, cucumeribus, fructibus horariis, superbibitâ gelidâ, parum sibi cavent, nudi incedunt, aëri nocturno se exponunt, ob quas causas ventriculum et partes vicinas debilitari, nemo non videt.

Assueti incurere in cholera, minus læduntur et periclitantur; morbi enim consueti minus periculum inducunt. In hoc morbo si supervenit frequentia et ardor urinæ, bonum est signum: nam hæc causam cholericæ passionis derivari ad vias urinæ præsignant. Si in eâ febris non adest, nec sæva symptomata premunt, tuta sæpe, et utilis est, quoniam per hunc fluxum tota humorum colluvies, expurgatur, ut ex Galeno constat, 7. *meth. 11 §.* Sunt quibus diarrhæa et cholera, etc. Si vero febris corripit, periculosaque symptomata vexent, timorosa est: ob sui enim malignitatem, et vacationem immodicam, vires citissimè resolvuntur, et magis ac magis concitatâ subversione ventriculi, et vomitu, ægri apparent facie hippocraticâ insigni, exangues, et ad mortis fauces deducti.

Illic ergo huic affectui opitulandum, nam si in eo auxiliari differas, nulla postea suffragia prosunt. Si ex corruptione ciborum concitetur, toto illo tempore quo expurgatur venter, neque cibum, neque potum, neque aliquid aliud offerendum. Si vero pigre natura vomitu aut alvi secessu excernat, eam leniente clystere, facili vomitorio, aut abstergente medicamento adjuvare oportet, qualis es aqua hordei cum saccharo: cruditatem enim ventriculi deponit, facitque eam descendere ad alvum, ex Avic. 3. 1. *doct. 2. cap. 7. post. med. Quod si hoc ei defecerit, etc.* Si venter expurgatus sit à nocuis succis, et fluxus, nausea, gravitas jam cessarint, ventrem roborare, et vires reficere oportet.

Si causâ internâ cholera scaturiat, et symptomata gravia non sint, fluxus non est cohibendus. Sin contra infescent, omni remediorum genere est coercendus, ne subito ob immodicam vacationem vires concidant. Offerenda Alexipharmaca, et symptomata corrigenda, ut 16. 3. *tract. 2. cap. 13.* Avicenna edocuit, et supra *de alvi fluxu* proposuimus.

OBSERVATIO.

Contra cholera Syrupus præstantissimus.

Nullus est affectus sævior passione cholericâ, in qua ob immodicam vacationem per alvum et vomitum, spiritus resolvuntur, evanescent vires, et si clamorâ oppressi ægri, ac insomniâ correpti, animam exhalare videntur. Ex infinitis propemodum, quos cholericâ habui affectione correptos, nullum, ut verum fatear, vidi ex eâ occubuisse. Ecce representat sese mihi miles quidam veteranus, Castelli cujusque apud Olyssipponenses celebris præfectus, qui cum sub dio pernoctaret ad auroram us-

que, debilis, et insomnis, ingentem præcocium fructuum, cum ovīs frixis, superbibitâ frigidissimâ, assumpsit copiam. Somno cum se committeret, expergefactus, subsultum in ventriculo, et tormina juxta pubem persentiens, in tan horrendum vomitum, et enormem aquosi humoris alvi fluxum lapsus est, cum pulsu vario, submerso, obscuro, intercidente, anxietate, animi deliquio, convulsione crurum, ut biduo trecenties dejiceret, et sexagies evomeret, palidus, exanguis, sine pulsu ferè, sine voce, et respiratione intercisâ. Non defuere illicò remedia varia, sed profuere nulla. Narcotica sola offerre temerarium erat, vires enim erant sepultæ valdè. Extempore særapium paro, ex quo cum cochlearia quinque assumeret, palpebras aperuit, fluxus aequaliter est cohibitus, sitis infestavit minùs; et triduo eo usus, paulatim vires assumens, restrictoque magis fluxu, ad vitam revocatus est.

Circa morbi hujus endemii æthiologiam, imprimis quæ causa ejus conjuncta fuerit, disquiramus: cujusmodi nempe humor peccans, et excernendus viscera adeo infestavit, inque spasmos excretorios cum torminibus, totius corporis perturbatione, et virium omnium subitâ prostratione irritaverit. Certè nullus hunc bilem, vel succum pancreaticum, aliumve quemvis intra ductus intestinales genitum putabit: nec quidem mero sanguine (prout aliquando in febrium crasibus accidit) eum in viscera suffusum credimus. Quin potius (uti ex subito languore, et citâ spirituum animalium coincidentiâ, et partium omniumervatione conjicere licebit) suspicamur, in hoc affectu succos corporis præstantiores, scilicet, nervosum, et nutritium solidis partibus adpositum à crasi suâ penitus vitari, et quasi fluorem passos deliquari, inque massam sanguineam redundare; dein statim ex eâ (siquidem incongruâ, et immiscibiles, atque per urinam, aut diapnoen amandari inhábiles fuerint) versus stomachum, et intestina per vasa cœliaca transferri, ibidemque arteriarum oculis consitissimis exundantes horrenda isthæc symptomata dysenterica excitare. Porrò videtur, quòd insimul ipse sanguis aliorum humorum gurgite perfusus unâ colliquescat, inque crasi solutus liquamina sua cum alteris recrementis in viscerum cavitates profundat.

Certè ex nullâ aliâ causâ fibræ omnes motrices cum totius animæ coincidentiâ è vestigio resolvi possint, nisi quod humor eas actuans, et in quo spiritus animales hospitantur, eas prorsus destituens efflueret; et quidem effluere censemus, quatenus in crasi vitiatas, et quasi lac

coalescens partes continentes molestat, inque corrugationes, quibus excutitur iste, irriteret. Præterea morbum hunc ferè semper cum rigore cœpisse advertimus, cui tamen calor, et æstus febrilis minimè succedebant, quia sanguis, licet per se parùm in vitio, nihilominus succi alterius invadentis diluvio penè obrutus haud emergere, aut se recolligere potuit, ut febriliter, ac in crasim effervesceret. Hinc cardiaca nonnisi fortiora, et calidissima, uti aquæ, ac spiritus ardentis, theriaca, mitridatium, et similia juvant; quorum, videlicet, particulæ summè activæ dum vasorum splanchnicorum osculâ facillè subjerint, humores exundaturos repellerent; porrò sensim in massam sanguineam se insinuantes ipsum vigorarent, inque fermentationem, et diaphorèseos motum cierent; quòd et crasin pristinam recuperare, et quicquid ei incongruum ingeritur, in habitum corporis retorquere queat.

Hæc de morbi hujus causâ conjunctâ, sive proximâ: remotiores sunt proegumenæ sive antecedentes, et manifestæ sive evidentes: illæ denotant, à qua prophasi sive apparatu diathesis hujusmodi morbida et epidemica procedit; atque hæc propter quas occasiones in affectum dysentericum citius prorumpit. Quoad priorem, morbus hic, siquidem frequentius in autumno grassatur, immoderatæ fructuum æstivorum, seu potius horariorum comestioni à pluribus ascribitur: quod quidem pro dysenteria cruentâ in causæ partem facillè admittimus; quin etiam in aliquibus morbum prædictum inde seminium quoddam habuisse meritò suspicamur. At verò hanc causam istius morbi haud integram et adæquatam esse, vel hinc constat, quia multi hujus urbis incolæ fructibus abstinentes, aut parcius utentes dysenteria incruentâ, dum epidemica fuit, passim laborabant, atque alii fructivori in pagis vicinis ab eâ prorsus immunes febribus aliis sine alvi torminibus, aut fluxu afficiebantur. Enimverò sæpius observavi, (quod etiam hoc anno contigit) post ætatem impensè calidam et siccam, in autumno febrem epidemicam et anomalam in pluribus Angliæ locis increbuisse, atque tunc temporis Londinenses pauciores quidem ab istâ febre, quamplurimos verò à morbo dysenterico decubuisse; cujus ratio videtur, quòd cum corpora nostra propter ætatis prægressam intemperiem in febres autumnales disponantur, in fumoso, et spississimo hoc aere illæ potius in hanc morbi speciem determinantur. Quippe, transpiratione impeditâ, humorum degenerum corruptelæ per cutis poros efferrî inhábiles intus restagnant; ibidemque ex arteriis simul omnibus erumpentes horrenda isthæc viscerum pathemata inducunt.

Porrò tempestas æstiva juxta quòd magis, aut minus calida, aut frigida, insimulque humida, vel sicca fuerit, magnam in corporum nostrorum humoribus, prout etiam in succis quibusque fermentativis alterationem facit; eosque à crasi sæpè genuinâ in naturam acrem, aut acetosam, aut adustam pervertit. Insuper in quibusdam annis mutatio isthæc potissimum sanguini, inque aliis magis liquori nervoso imprimitur. Ratione prioris, plerumque febres autumnales, vel synochæ acutæ, vel intermitentes atroces insequuntur; respectu alterius, febres anomalæ, et mali moris oriuntur; in quibus sine magnâ sanguinis incalescentiâ, aut morbi crisi cerebri, et nervosi generis affectiones periculosæ increbrescunt. Porrò in hujusmodi pathematis, aut liquoris nervosi sensim degeneris recre-

menta, pigri motus sine turgescentiâ criticâ lentè, ac paulatim aggesta, ac intra partes continentes diu permanentia febres cum torpore, et stupore (quales in spasmodiâ nostrâ olim descripsimus) pariunt: aut succi istius in crasi suâ multùm, ac subito mutati corruptulæ magis efferæ, et activæ cum fluore quodam turgescunt, atque è fibris, partibusque nerveis, et solidis ubique in massam sanguineam redundant, et ex inde statim in viscerum cavitates exudantes dysenteriam hujusmodi incruentam, qualis modo describitur, producant; et quidem hunc ventris fluxum aquosum à succi nervei, et nutritii potius, quàm ipsius sanguinis depravatione et colliqatione exoriri propter subitas, et magnas spirituum dejectiones (quas tanta meri sanguinis effusio non pareret), hinc insuper constat, quoniam hoc morbo laborantes, non æstu, ac faucium ardore, aut linguæ scabritie molestantur, quin medicamenta calidissima benè tolerant; et quamprimum ab iis exhibitis humoris peccantis inversis, inque habitum corporis retorsio procuratur, illi sine febre, vigiliâ, aliisque sanguinis corrupti consequentiis facilè convalescunt.

Circa morbi hujus causas evidentes non est, ut multùm disseramus, quando talis anni constitutio est, ut propter iniquam aeris, aut cæli influentiam succi à sanguine procreati, scilicet nerveus, et nutritius à debitâ crasi in alienam naturam infectam, ac uti videtur acetosam, et proinde dysentericam degenerent. Errores in victu, aliisque non naturalibus tunc temporis admissi pravam ejusmodi diathesin fovent, adaugent, citiusque in turgescentiæ eccatharticæ plenitudinem perducunt: singulas, à quibus fiunt, causas manifestas, et ocasiones, non operæ pretium erit, hic particulatim explicare, quin potius ad dysenteriam alterius, nempe cruentæ, theoriam exponendam transeamus.»

Willis admite dos especies de disenteria: una *cruenta* (*sanguinolenta*), y otra *incruenta* (*acuosa*). Ambas en su tiempo eran comunes en Lóndres, casi todos los años, al acercarse el otoño, y se conocían vulgarmente con el nombre de *cólicos* ó *dolores de tripas* (*griping of the guts*). Algunos años llegaron á ser verdaderamente epidémicas (*endemii*).

Tal fué el de 1670, en que reinó é hizo grandes estragos en aquella ciudad la *incruenta* ó *acuosa*. Invadía por lo regular repentinamente y sin causa manifiesta con vómitos crueles y deposiciones frecuentes y *acuosas*, que muy pronto causaban una extrema postracion de fuerzas y terribles desmayos. Muchos enfermos, antes sanos y robustísimos, á las *doce* horas de estar bajo el peso de esta afeccion tenían la respiracion anhelosa y alta, el pulso débil y muy pequeño, un sudor frio, en una palabra, parecían ya moribundos. No pocos morían al instante por falta de los auxilios convenientes y oportunos. En muchísimos se observaron vómitos y evacuaciones alvinas abundantes de materias *acuosas* y casi *claras*; en pocos, cámaras sanguinolentas ó biliosas. Esta epidemia empezó á declinar antes del 15 de octubre, y habia casi desaparecido antes del 1.º de noviembre. En el campo, al menos fuera del rádio de tres millas, apenas nadie sufrió sus perniciosos efectos, que á tantos alcanzaron dentro de la ciudad. A pesar de esto, Willis no creyó contagiosa la *disenteria incruenta* de 1670; antes bien afirma que lo

mismo atacaba á los que no tenían relacion ninguna con los enfermos, que á los que vivían en su compañía, con tal que estuviesen *predispuestos*.

Segun dice, la sangría, los vomitivos y los purgantes fueron constantemente perjudiciales en esta epidemia; y los cordiales fuertes casi siempre provechosos. Nosotros observaremos que entre los remedios que aconseja se hallan el diascordio, la triaca, el mitridacio, el láudano líquido, la tormentila, es decir, los medicamentos narcóticos y los astringentes.

En lugar de la cerveza, que Willis manda como bebida, usaríamos nosotros la limonada gaseosa, caso que nos pareciera conveniente el ácido carbónico. El régimen alimenticio que prescribe no puede ser mas inocente, á no ser necesaria la dieta absoluta, como lo sería sin duda al principio del mal.

Segun Willis, el humor pecante, ó sea la causa próxima de la *disenteria incruenta*, no es la bilis ni el jugo pancreático, ni otro humor formado en la cavidad intestinal ó conducido con la sangre y derramado en las vísceras, sino el *jugo nervioso* y el *nutricio*. Sin el vicio de estos ugos no acierta á darse cuenta de los fenómenos del mal; á él atribuye la alteracion de la sangre y demás humores, que considera como secundaria; y por él esplica la eficacia de los remedios cordiales. Esta teoría es el principio y nacimiento de la que coloca en el sistema nervioso el asiento primitivo del cólera.

En cuanto á las causas remotas, Willis reconoce el influjo que en la produccion de la *disenteria incruenta* tenían las frutas de la estacion. Pero como fuera de Lóndres estas mismas frutas ocasionaban otras enfermedades; como muchos de los que en la ciudad no las comían ó las tomaban en corta cantidad, caían sin embargo enfermos de la *disenteria incruenta*; creyó, y con razon, que alguna otra causa poderosa influía en la produccion de esta enfermedad, y la halló en el verano caliente y seco que precedió á la aparicion de la epidemia, y en la atmósfera llena de humo y densísima de Lóndres. Porque en su opinion, la estacion del verano unas veces obra sobre la sangre y predispone á las fiebres de otoño; y otras sobre el fluido nervioso y predispone á otras enfermedades, entre ellas la *disenteria incruenta*.

Tratando de probar que el flujo *acuoso* que constituye esta enfermedad proviene de la alteracion y colicuacion del jugo *nervioso* y del *nutricio*, mas bien que de la alteracion y colicuacion de la *sangre*, dice que los enfermos no tienen *fiebre*, ni ardor de garganta, ni la lengua *áspera*. Este es tambien el estado ordinario de los coléricos durante el período de colapso.

Notaremos por último que Willis considera como *pre-disponente* la causa atmosférica, que obrando sobre el jugo nervioso y el nutricio contribuye á producir la *disenteria incruenta*; y concluiremos por repetir que esta disenteria no fue sino un verdadero cólera epidémico, como se acabará de ver en el artículo inmediato, en el cual daremos á conocer lo que dejó escrito tambien sobre el cólera de Lóndres el gran Sydenham.

ARTICULO DECIMOCUARTO.

SYDENHAM (1).

Tomás Sydenham, contemporáneo de Willis (2), dice acerca del cólera lo que sigue :

Cholera morbus. An. 1669.

«Morbus hic, qui, ut antea diximus, anno 1669, se latius diffuderat, quam alio quovis anno, quantum ego observaveram, eam anni partem, quæ æstatem fugientem atque autumnum imminemtem complectitur, unicè ac eadem prorsus fide, quâ veris primordia hirundines, aut insequentis tempestatis fervorem cuculus, amare consuevit. Qui ab ingluvie ac crapulâ nullo temporis discrimine passim excitatur affectus, ratione symptomatum non absimilis, nec eandem curationis methodum respiciens, tamen alterius est subsellii. Malum ipsum facillè cognoscitur, adsunt enim vomitus enormes, ac pravorum humorum cum maximâ difficultate et angustia per alvum dejectio; ventris ac intestinorum dolor vehemens, inflatio et distentio; cardialgia, sitis, pulsus celer, ac frequens, cum æstu et anxietate, non rarè etiam parvus et inæqualis; insuper et nausea molestissima, sudor interdum diaphoreticus, crurum et brachiorum contractura, animi deliquium, partium extremarum frigiditas; cum aliis consimilis notæ symptomatis, quæ astantes magnoperè perterrefaciant, atque etiam angusto viginti quatuor horarum spatio ægrum interimant. Est etiam et cholera sicca à spiritu flatuoso suprâ et infrâ erumpente, idque sine vomitu vel secessu; cujus unicum duntaxat exemplum me vidisse memini, ineunte hujus anni autumnò, quo tempore prior illa species mihi creberrimè et facto quasi agmine sese obtulit.

Sedulâ mentis applicatione, et multiplici etiam experientiâ edoctus, quòd si hinc acres istos humores, fomitem morbi, cathartici expellere conarer, idem agerem, atque is, qui ignem oleo extinguere satagit, cum cathartici vel lenissimi operatio omnia magis perturbaret, et novos insuper excitarent tumultus: et si ex adverso medicamentis narcoticis aliisque adstringentibus in ipso statim limine primum humoris impetum compescerem, dum naturali evacuationi obsisterem, et invitum humorem detinerem, æger, inimico visceribus incluso, bello intestino indubiè conficeretur. Has, inquam, ob causas, mediâ mihi viâ insistendum esse duxi, ut partim scilicet humorem evacuaem, partim etiam diluerem; morbus itaque hæc arte mihi à multis retrò annis compertâ ac comprobata, toties quoties in ordinem coëgi.

Pullus tenior in tribus circiter aquæ fontanæ congiis elixatur, adeò ut carnis saporè vix perceptibilem liquor referat; hujus decocti (vel defectu ejus, liquoris possetici) capaciorem aliquot cyathos æger tepidè exhaurire juretur, eodemque tempore bona ejusdem quantitas pluribus enematis successivè injiciendis inservit donec quæ per superiora, quæ per inferiora, tandem omne jusculum absumptum, ac denuò rejectum fuerit. Hiscè haustibus, pariter ac clysteribus, syruporum lactucæ, violarum, portulacæ, ninfææ, eorumque alicujus, uncia subinde admisceri pote-

rit; quanquam et citra ejusmodi aditamenta, jusculum ipsum per se rem satis commodè exequatur. Ita ventriculo insigni liquoris quantitate sæpius onerato, atque, ut sic dicam, subverso, ac reiteratâ enematum injectione, humores acres vel foràs eliminantur, vel retusâ acrimoniam ad debitam temperiem revocantur. Exantlato hoc eluvionis penso, quod tres vel quatuor horas sibi vindicat, medicamentum aliquod paregoricum curationis coronidem imponit. Mihi hoc crebro in usu est *R. Aq. paralys. unciam unam. Mirab. drachm. duas. Laudani liquidi gutte sexdecim*: cujus loco narcoticum quodvis officinale succenturiari poterit. Atque hæc, quam proposui, diluendi humores via multò tutius ac expeditius, quam quæ vel per evacuantia, vel per adstringentia vulgò instituitur, pericolosissimo affectui occurrit, quippe cum ab illis tumultus concitior et ferocior evadat, ac omnia susque deque vertantur; hæc è contrâ hostem in mediis visceribus detineant, ac ex advenâ reddant planè inquinum; ut taceam, protracto in longitudinem morbo præter periculum ex ejusmodi morâ, quâ in massam sanguinis tandem humores vitiosi irrepunt, atque mali moris febrim facillè accendunt, et etiam ægris gravissimi mali lædium procreari.

At verò diligenter est animadvertendum, quòd si non accerit medicus, nisi postquam æger, vomitu ac dejectionibus ad horas aliquam multas continuatis, puta 10 vel 12, fuerit exhaustus, et jam frigescant extrema membrorum; hoc, inquam, casu, omissis aliis quibuscunque auxiliis recto cursu ad sacram hujus morbi anchoram, laudanum intelligo, confugiendum est; quod non tantum exhibendum est urgentibus symptomatis, sed etiam cessantibus vomitu ac diarrhœâ mane et sero quotidie repetendum, donec pristinas vires æger, ac sanitatem tandem receperit.

Hic morbus, quantumlibet epidemicus, rarissimè tamen (quod suprâ dictum est), augusti, quo primum cœpit mense, terminos excessit; ex quo mihi subest contemplari elegantissimum illud subtilissimumque artificium, quo utitur natura in epidemicorum natalibus atque ortu; licet enim eadem prorsus maneant causæ, unde plures sub finem septembris æquè ac mense præcedente hoc morbo possunt corripi, nimia scilicet fructuum horariorum ingestio, eundem tamen non sequi videmus effectum. Quisquis autem cholæræ morbi legitimi, quocum solo nobis impræsentiarum res est, phænomena studiosè collegerit, fatebitur morbum istum, qui quovis alio anni tempore invadit, quamvis ex eadem occasione prognatum atque eorundem symptomatum nonnullis stipatum, ab hoc nostro toto cælo distare, haud aliter ac si in aère peculiaris mensis hujus lateat reconditum ac peculiare quiddam, quod specificam hujusmodi alterationem soli vic morbo adaptatam, vel cruori vel ventriculi fermento valeat imprimere.»

Epistola responsoria prima ad Robertum Brady, M. D.

«Exeunte æstate (anni 1676) cholera morbus epidemicus jam sæviebat, et insueto tempestatis calore evectus, atrociora convulsionum symptomata, eaque diuturniora secum trahebat, quam mihi priùs unquam videre contigerat. Neque enim solum abdomen, uti aliàs in hoc malo, sed universi jam corporis muscoli, brachiorum crurumque præ reliquis, spasmissis tentabantur dirisimissis, ita ut æger

(1) Thomæ Sydenhami, medici doctoris, et practici Londinensis celeberrimi, opera medica.

(2) Este nació en 1622 y murió en 1673: aquel nació en 1624 y murió en 1689.

è lecto subinde exiliret, si fortè extenso quaquaversùm corpore eorum vim posset eludere.

Quamlibet autem hic morbus non aliam à receptâ mendendi rationem sibi vendicabat, anodyna tamen fortiora, eaque sæpius ingerenda quàm aliàs solebam, omnino indicabantur. Ex. gr. Ad quemdam vocatus per id temporis truculentissimo illo, quod modo descripsi, symptomate tantùm non enectum (me autem comitabatur *Carolus Goodall* M. D. cujus animi candor, probitas illibata, summus in me amor, labor improbus in morbis dignoscendis curandisque unâ cum nomine mihi semper occurrunt), et enormi vomitione, spasmorunque violentiâ animam agentem, cum sudore frigido, et pulsu vix imitante, guttas 25 laudani liquidi, à me jam olim publicati, in cochl. 1 aq. cinnamomi fortis exhibendas curavi, veritus scilicet ne vehiculum paulò copiosius medicamento rejiciendo (quod in vomendi tam impenso conamine persæpe fit) ansam daret: dein lecto assidens quasi ad semihoram, et expertus remediâ vires nec vomituritioni compescendæ, nec sedandis convulsionibus adhuc pares esse, toties illud ipsum repetere, et dosin in tantum augere cogebar (interposito tamen spatîo, ut quid à jam ingesto mihi foret sperandum prius ediscerem, quàm novas adferrem suppetias) donec tandem pervicacissima illa symptomata sub jugum victoris mitterentur, quod tamen vel minimo corporis motu excitata denuò excutere satagebant. Seriò itaque imperavi, ut et corporis quieti modis omnibus indulgeret ad paucos dies, et medicamentum jam dictum, sed in minori dosi, subinde assumeret, etiam postquam convaluerit, ad enexiam sc. confirmandam; quod nobis ex animo cessit.

Neque est cur me quispiam justò audaciorem pronunciet, eo sc. nomine, quòd tantam laudani liquidi vim ægro infundere non dubitaverim; cùm judice experientiâ certò constabit, quòd in quibus affectibus ex opio parata indicantur (sunt autem tres: vehemens dolor, vomitus vel dejectio enormior, et insigniores spirituum animalium ataxiæ), in iis et remediâ dosis et repetendi vices cum symptomatis magnitudine omnino sunt conferendæ. Quæ enim dosis remissioni symptomati cœrcendo par est, ea ab alio fortiore superabitur, et quæ aliàs ægrum in manifestum vitæ discrimen conjiciet, eundem impræsentiarum ab orci faucibus liberavit.»

Si la idea misma que dá Willis de las causas, síntomas, curso, duracion, gravedad y método curativo de la *dysenteria incruenta* de Lóndres; si la opinion de autores tan respetables como F. Hoffmann, entre los del siglo pasado, y Monneret y Fleury, entre los del siglo presente, no hubiesen bastado para convencernos de que aquella disenteria era un verdadero cólera; la relación que hace Sydenham del que en su tiempo se padecía en la capital de Inglaterra, hubiera disipado completamente cualquiera duda que sobre este punto pudiéramos tener aún.

«El cólera, dice el Hipócrates inglés, acostumbra á presentarse en Lóndres al fin del verano, y cuando ya se aproxima el otoño, con tanta puntualidad como las golondrinas al principio de la primavera y el cuclillo en la fuerza del calor. Segun mis observaciones, en 1669 fué más comun y general que en los años anteriores. Pero por muy epidémico que sea, rarísimas veces deja de terminar en el mes de agosto, es decir, en el mismo en que

empieza, y nunca pasa de las primeras semanas de setiembre. No parece sino que en el aire de agosto hay *oculta* una cosa *especial*, que produce en la *sangre* ó en el *fermento gástrico* una alteracion *especifica*, y que solo puede dar lugar á esta enfermedad. A consecuencia de escesos en la comida ó la bebida se vé tambien en cualquiera otra época del año uno que otro caso de cólera; pero este es enteramente distinto del cólera *legítimo* ó *estacional*, debido al aire de agosto y á las frutas del tiempo; por más que los síntomas sean casi iguales y los remedios idénticos.» Más adelante habla de otra epidemia que ocurrió en la misma ciudad en 1676.

Se vé pues, que por los mismos años y en la misma estacion en que Willis observaba en Lóndres la disenteria *incruenta*, observaba tambien allí Sydenham el cólera *legítimo*; que ambas enfermedades reinaban, [ya como puramente estacionales, ya como estacionales y epidémicas; y por último, que el aire del verano y las frutas del tiempo eran, sino las únicas, las principales causas de una y otra. Todo lo cual nos afirma en la idea de que no eran dos enfermedades diferentes, sino una sola con dos nombres. Y por eso acaso ni Sydenham habla de la disenteria *incruenta*, ni Willis del cólera *legítimo*.

Escusamos notar que el atribuir hoy el cólera epidémico á una alteracion *especial* de la sangre producida por una constitucion tambien *especial* y *oculta* de la atmósfera, en sustancia no es mas que reproducir en parte la teoria de Sydenham. Decimos en parte, porque segun esta teoria, la causa atmosférica puede tambien obrar directamente sobre los *humores gástricos*, en vez de obrar sobre la sangre.

Tampoco es nueva la idea de considerar el cólera esporádico como de distinta especie que el epidémico. Ya vemos que Sydenham cree tambien enteramente diferentes el cólera accidental y el *legítimo*; en otros términos, el esporádico y el estacional, que para él era siempre mas ó menos epidémico.

Si nos detuviésemos á comparar el cólera de Sydenham con la *dysenteria incruenta* de Willis en cuanto á los síntomas, duracion, gravedad y método curativo, veríamos que se asemejan entre sí mucho más que los casos leves (*colerinas*), y los graves de nuestras epidemias de cólera.

Por lo demás, no hay necesidad de decir que el cólera que llenaba de espanto á los asistentes y mataba en veinticuatro horas á los enfermos, tenía poco que envidiar en punto á gravedad y agudeza al cólera de la India, que segun Bontius, es tambien producido principalmente por frutas del tiempo y por un aire caliente y húmedo, cual es el de agosto en Lóndres.

Sydenham no cree conveniente promover la evacuacion de los humores por medio de purgantes, ni tampoco recurrir desde luego al ópio y demás astringentes. Adopta, con razon, un término medio; y tanto para evacuar como para diluir los humores, manda en bebida y en lavativas el caldo de pollo, aconsejado ya por nuestro Mercado como vomitivo suave. Conseguida la dilucion y evacuacion de los humores, recurre al ópio y principalmente al láudano líquido, el *áncora de salvacion* de los coléricos. Teme que los astringentes, deteniendo en las vísceras los humores pecantes, prolonguen el mal y le

hagan más grave, y dén lugar á la entrada de estos humores en la masa de la sangre, ocasionando así una fiebre de mala índole (*mali moris*).

¿Sería esta fiebre lo que ahora llamamos reaccion tifóidea? Creemos que sí.

La epidemia de 1676 fué notable por la violencia, duración y estension de los espasmos y calambres, y por las grandes y repetidas dosis de ópio que fueron necesarias para combatir el mal. Sydenham, con este motivo, aconseja que las dosis del ópio y las distancias de una á otra sean proporcionadas á la violencia de los síntomas y á la resistencia que opongan á la accion del remedio.

En el próximo artículo empezaremos ya á tratar de los autores del siglo XVIII.

ARTICULO DECIMOQUINTO.

SAUVAGES (1).

El célebre nosólogo de Montpellier, cuya afición á multiplicar las entidades patológicas es de todos sabida, establece hasta once especies de cólera. De todo lo que dice acerca de esta enfermedad, lo principal é interesante para nosotros es lo siguiente:

«Qui metiunt ne cholera cum iracundiâ gallicè dictâ confundatur, vocant *cholera morbum*, ac *cholericam passionem*. *Ægri cholericæ* Aureliano dicuntur; græcis *cholericæ*.

Character. Morbus est acutissimus vomitione biliosâ aut acri assiduâ, et diarrhœâ simul violentâ, saltem nausea et tenesmo stipatus, cum dolore abdominis, virium prostratione, et non rarò surarum crampis.

Sub finem ætatis frequentissima est quæ spontanea.

Causa est juxta Galenum conatus facultatis expultricis ventriculi et simul intestinorum ad evacuandam sursum et deorsum materiam acrem, biliosam putridamve, quæ suâ morâ veneni ad instar viscera corrumpet.

Materies vomitu rejectas ab intestinis etiam procedere probat non solum bilis, sed etiam stercoracei smegmatis vomitio ab Hippocrate et Lommio notata in cholera.

1. *Cholera spontanea.* Hippoc. *epidem. lib. 5*; ubi curatio pessima ex veratro et balneo. Idem, *de Eutichide*; descriptio optima. *Cholera morbus* anni 1669 Sydenhami.

Illa est species quæ sine procatharsi seu occasione evidenti sponte circa mensem septembrem, etiam illis qui nullo fructu utuntur, subito supervenit. Vomitiones enormes, biliosæ, putres per plures horas, defectiones difficiles et tenesmodos simul vel paulò post succedentes, quandoque et ut plurimum cessante vomitione unam aut alteram diem perseverantes. Tormenta ventriculi et intestinorum, cardialgica syncopen minantur, prostratio virium subita summa cum pulsu parvo, dein nullo, vel celeri, frequenti, exili, in extremo facies cadaverosa, livida, extrema gelida, æstus, sitis inexhausta frigidorum, aversatio carnis, anxietas continua, surarum et aliorum artuum contractio spasmodica, crampus diæta.

Morbus ille terrificus, si subito accersatur medicus, felicissimè sæpissimè sanatur; ast malè curatus, aut neglectus, brevissimo tempore ægrum è medio tollit.

(1) Franc. Boissier de Sauvages nosologia methodica. Classis nona. Ordo secundus. Gen. xv. *Cholera: cholera morbus*.

Cura Sydenhamiana est omnium optima, ut vigesies et ultra expertus sum; nam in nosocomio generali quotannis quatuor circiter cholera autumnales dantur.

Ægro adhuc vigenti offeratur aqua tepida, aqua pulli, iramò si pulsus valet et dolor intensus sit, vena secetur è brachio.

Juscula vel cremores fluxiles quartâ quâvis horâ offerantur; sed vix retineri possunt, adeoque post sufficientem evacuationem offeratur antiemeticum Riverii, scilicet unum aut alterum succi vel syrupi limonum cochlear cum salis absinthii granis viginti: si dolor, debilitas urgeant quâvis diei horâ, huic julapio adduntur laudani liquidi guttæ viginti, vel pro re natâ aqua mentæ, aqua cinnamomi, oleum amygdalarum dulcium: datis hoc modo induciis, juscula retinentur, tunc clysmata ex decocto intestinorum vervecum tepida injiciuntur, parvâ dosi, maxime si tenesmus dolor exigat, quod rariùs accidit.

Redeunte vomitione, redeo ad antiemeticum, et vespere ad laudanum, potentissimum in hoc casu cardiacum et fluxum mirè cohibens; siti urgente, limonata pro potu adhibetur.

Post tres dies à cessatione vomitûs et diarrhœæ, æger ex decocto rhapontici, myrobalani, et syrupo de cichoreo composito, vel ad summum mannâ superadditâ repurgatur, et sic optimè convalescit.»

6. *Cholera intermittens* Mortonii. *Tertiana cholericæ* Torti.

«Est species quæ accesum febris tertianæ, rarò quartanæ, sæpius triteophiæ paroxysmum comitatur.

Initio scilicet accesûs vomitio biliosa, prasina, copiosa, acris, simulque dejectio frequens supervenit non rarò cum singultu, voce clangosâ, aut rauca, oculorum concavitate, angore stomachi, sudatiunculâ minutâ circa frontem, pulsu exili, extremorum perfrigeratione, aut livore, uno verbo cum symptomatis cholera regularem stipare solitis, à quâ distincta est ista, quia febris est symptoma ipsius periodos concomitans.

Hæc cholera mortem minatur in eo febris accesu, qui morbi incrementum, aut statum constituit.

Curatur promptâ et largâ kinkinæ exhibitione, statim à paroxismo incipiendo, usquequò drachmæ minimùm sex ingestæ fuerint ante quatuor horas quæ subsecutorum præcedunt.

In cholera pulsus est qualis in vomitu simul et in diarrhœâ contractus, et per intervala intermittens.»

7. *Cholera indica* Dellounii. *Merdechi* Vulgò.

Symptomata. Sitis ardens, cephalalgia, inquietudo, febris, delirium, alvi fluxus, et vomitus, pulsus fortis et inæqualis, urinæ rubræ et albæ, sed semper limpida.

Therapeia. Primum et præcipuum remedium quod huic morbo opponitur est combustio pedis, admoto veru ferreo è latere ad tali partem magis callosam, usquequò æger dolorem sensisse significet, quo facto statim veru tollitur, et paucis ictibus pars ambusta impetitur calceo molli, eo fine ut phlyctenæ præcaveantur: hæc combustio dolorem exiguum infert, et non impediret quominus æger statim incederet, si cholera permitteret: nihilominus cholera violentiam retundit, et si febris non evanuerit, ea auxiliis ordinariis est impugnanda: æger nutritur decocto et cremore orizæ, in quo etiam, si febris adsit, multum piperis additur, idem piper pulveratum capiti inspergitur;

à phlebotomiâ abstinent, et cathartica mitiora tantùm sedato morbo, et dimissâ febre adhibent.

Hæc methodus ita empyrica videbatur Dellonno medico, ut eam initiò contemneret; verùm multiplici eâque funestâ experienciâ didicit non aliâ methodo curari hunc morbum, adeoque in semetipso et aliis ægris eam deinceps feliciter adhibuit.»

Tres cosas dignas de notarse dice ó dá á entender Sauvages, al hablar del cólera en general. La primera, que en esta enfermedad pueden faltar los vómitos y la diarrea y no haber mas que náuseas y tenesmo. La segunda, que las materias que los enfermos evacuan por arriba y por abajo, no son todas biliosas. La tercera, que estas materias, detenidas en el estómago y los intestinos, obran sobre ellos á la manera de los venenos (*veneni ad instar*).

De las once especies de cólera que este autor admite, solo hemos creído oportuno y necesario dar razon de tres: la 1.^a (*cholera spontanea*), la 6.^a (*cholera intermittens*) y la 7.^a (*cholera indica*).

El cólera espontáneo de Sauvages es el que él observaba todos los años al fin del verano en el hospital general de Mompeller; es el cólera *legítimo* de Sydenham.

Entre los síntomas con que le dá á conocer, vemos la *algidez* de los extremos (*extrema gelida*), la *cianosis* (*facies livida*) el semblante *cadavérico* (*facies cadaverosa*) y la *asfixia completa* (*pulsu nullo*). Advierte que la diarrea suele continuar por mas ó menos tiempo despues de cesar los vómitos; observacion enteramente exacta, si hemos de juzgar por lo que sucede en el cólera epidémico de nuestro siglo.

Sin dejar de calificar el mal de terrible, y cuando no se acude al instante con los remedios oportunos, brevísimamente mortal, afirma que se cura muchísimas veces perfectamente, si el médico llega á tiempo.

Esta afirmacion prueba para nosotros la bondad de método curativo de Sauvages, que es, como él mismo lo dice, el de Sydenham, pero ampliado y mejorado con la recomendacion del agua tibia, del antiemético de Riverio, de la limonada y de la sangría del brazo. El agua tibia es, en nuestro dictâmen, preferible á la de pollo, aunque no sea mas que por la prontitud con que se tiene á mano cuando se necesita; y de la eficacia de los otros tres remedios, en ciertos casos y circunstancias, no podemos dudar despues de lo que hemos observado en nuestras epidemias coléricas. Esto no obstante, creemos al mismo tiempo que el purgar al enfermo á los tres dias de haber cesado los vómitos y la diarrea, es cuando menos innecesario é inútil.

Pensamos como Sauvages que el cólera intermitente no es un cólera esencial, un verdadero cólera, sino una fiebre intermitente perniciosa con síntomas coleroideos. Pero á pesar de eso, hemos copiado lo que dice sobre esta especie el nosólogo de Mompeller, para que se vea que persiste en contar la *cianosis* (*extremorum livore*) entre los síntomas del cólera regular y ordinario, tales como el hipo, la voz ronca, la concavidad de los ojos, etc.

La descripcion del cólera de la India, que Sauvages toma de Dellon, es tan imperfecta, que por ella no podríamos venir en conocimiento del cólera de ningun país.

El plan curativo consiste principalmente en la *combustion del pie*. Ya hemos visto que Zacuto Lusitano, funda-

do en la esperiencia, usó tambien en un caso con feliz resultado la *combustion del hombro*.

Obsérvese cuán diferente idea dan del cólera de la India dos médicos europeos del siglo xvii (Bontius y Dellon), que ambos tuvieron ocasion de ver esta enfermedad en la India misma.

Las otras especies de que habla Sauvages, ó no son verdaderos cóleras ó solo se diferencian del llamado *espontáneo*, por la causa ocasional que los produce.

ARTICULO DECIMOSESTO.

T. HARRIS (1).

Esta disertacion, escrita por un anglo-americano, natural de la Carolina del Sur, donde el cólera es endémico, nos ha parecido interesante, por mas de un motivo para nuestro objeto. Así es, que á pesar de su estension vamos á trascibir literalmente todo lo que hay en ella de esencial.

Dice así:

Definitio.

«Choleræ, ut generis, definitio hæc est: humoris plerumque biliosi vomitus, ejusdem simul dejectio frequens; anxietas, tormina, surarum spasmata.»

«Cùm autem dissertatione insequenti de unâ tantùm hujus morbi specie acturi simus, cùmque species à genere suo proximo sit definienda, humoris biliosi vomitum et ejusdem dejectiones fréquentes, cum anxietate et torminibus sponte supervenientes vel sine ullis causis occasionalibus externis, *choleram spontaneam* nostram constituere, maluerim dicere.»

Historia morbi.

«Nunc ad historiam choleræ perventum est; et primò, epidemicum aliquando, nunquam verò morbum contagiosum, biliosos præterea sæpius invadere observandum est.»

«Et si aliquando ructus, acres ventriculi et intestinorum dolores pungentes, cum cardialgiâ et anxietate, præcedant; plerumque tamen repente subit, nullis præcedentibus causis occasionalibus externis, velut acri cibo, medicamentis sive quâ re aliâ, quæ ventriculum aut intestina stimulare possit. Præterea, certâ quâdam anni tempestate ferè ingruit. Morbum postquam semel ingruit, comitantur complura diversa symptomata, quæ morbidam canalis alimentarii affectionem indicant. Ægrum enim corripiunt graves vomitus, primò reliquiarum cibi, deinde materiei biliosæ, quos comitantur, aut mox sequuntur uberes dejectiones biliosæ, cum torminibus acerbis ac tenesmo; quæ aliquando eò procedunt, ut syncopen minentur. Ventriculus quoque ac intestina gravi inflatione et dolore premuntur. Præterea, alia symptomata, qualia cardialgia, nausea, calor internus, sitis inexpectabilis, fastidium carniæ, et anxietas continúa, adsunt.»

(1) Tentamen medicum de *cholera spontanea*: quod annuente Summo Numine, ex auctoritate reverendi admodum viri, Gulielmi Robertson, Academiæ Edimburgenæ Præfecti, necnon Amplissimi Senatus Academici consensu, et nobilissimæ Facultatis Medicæ decreto, pro gradu Doctoris summisque in Medicina honoribus et privilegiis ritè et legitimè consequendis, eruditorum examini subjicit T. Harris, Carolinensis Meridionalis, Societatis Medicæ Edimburgenæ sodalis, Edimburgi, anno 1771, ad diem 12 junii, hora locone solitis.